Cangianum.

GENUS II. Echini marini rotundi quinque ſtriis incurvatis donati, et in medio earum papillulâ donati.

GENUS III. Echini marini rotundi quinque angulo in vertice exornati, cuius ſingulis lateribus inſiſtit triangulum, et ſic crucem alpenſem, ſeu Drutten-creütz efformat.

GENUS IV. Quibus pro complemento adduntur Lapides Encrini: vulgò Die Lilien-ſtein.

Cùm prædicti Lapides figurati plerumque inveniantur, ac effodiantur ex Oſtro campo (: aûs dem Oſterfeld ſcilicet Echinis marinis ſimiles :) ubi ſimul cum aliis quibuſdam lapidibus figuratis (: quorum imagines, atque deſcriptiones quoque addentur :) variæ Urnæ ſepulchrales Saxonum veterum olim integræ erutæ ſunt, et denuò ſæpiùs tantùm fractæ extrahuntur, non ſolùm hæ Urnæ deſcriptæ, et depictæ adiiciuntur cum characteribus antiquis Saxonicis â noſtris hodiernis literis germanicis quàmplurimùm figurâ ſuâ alienis in membranis pergamenis conſcriptis et prædictis Urnis incluſis, ſed inſuper Idolum ipſum Aſtaroth, â quo prædictus campus Oſterfeld nomen ſuum trahit, nec non etiam Idolum famoſiſſimum Crodo non ſolùm Saxonum veterum, ſed omnium ferè Germanorum Saturnus dictum, et ut talis ab iis etiam veneratum, et cultum, in arce ſua ſeu caſtello Hartzburg non longè diſtante â prædicto campo Oſterfeld, quod demum â Carolo magno primo occidentali Imperatore una cum Idolo dirutum, et annihilatum fuit circa finem incirca octavi ſæculi.

ORDO SECUNDUS.

Marina lapidea camerata ſeu monothalamia coniformia Belemnitæ dicta.

Die Luchs-Stein.

Sunt Marina lapidea coniformia â baſi latiore in acumen deſinentia, in qua obſervantur camerata ſeu monthalamia id eſt unica camera quoque pyramidali ac verſus apicem acuminata donata, â qua ſiphunculus propagatur, ac prope axem ſeu centrum ſecundum longitudinem excurrens porrigitur ad extremitatem apicis uſque, ibique ſeſe in papillulam dilatans foraminulo manifeſtatur, cui ſine dubio tanquam alicui funiculo piſciculus in ima camera deliteſcens accreſcit, et alligatur, ne ex ea tam faciliter decidere, ac ſeparari queat. obſervatur inſuper rima tenuiſſima per latus lapidis tenuius quoque ſecundum longitudinem decurrens, cui fortè dictus funiculus ad maiorem corroborationem quoque inſinuatur, nunc magis nunc minus incurvata, quæ in aliquibus ad baſin uſque propagatur, in aliis verò, quæ ſcilicet præter hanc rimam cæcam prope baſin aliâ rimâ maiori, ac per via ad cavitatem cameræ uſque, eiuſque duas partes occupante inſtructa ſunt, ad hanc tantùm rimam producitur.

CLASSIS PRIMA.

Belemnitæ Helvetici.

Die Schweitzeriſche Luchs-Stein.

GENUS I. Belemnitæ Helvetici vulgares ſubrotundi.

GENUS II. Belemnitæ Helvetici compreſſi ſulcati, id eſt, loco dictæ rimæ ſulculo recto per longitudinem ſito donati nunc maiori, nunc minori.

GENUS III. Belemnitæ Helvetici variì fluore ferrugineo externè obducti, aliiſque quiſquiliis marinis iis adhærentibus cum nucleis quandoque ê cameris decidentibus et nonnullis eorum matricibus.

CLASSIS SECUNDA.

Belemnitæ Pruſſici.

Die Preüſſiſche Luchs-Stein.

GENUS I. Belemnitæ Pruſſici præter dictam rimam cæcam adhuc aliâ rimâ maiori et perviâ ad cavitatem cameræ uſque, duâſque eius partes occupante in baſi donati.

GENUS II. Belemnitæ Pruſſici fuſiformes ſeu piſtillum ari referentes.

CLASSIS TERTIA.

Belemnitæ Goſlarienſes.

Die Goſlariſche Luchs-Stein.

GENUS I. Belemnitæ Goſlarienſes Lanceæformes.

CLASSIS QUARTA.

Belemnitæ Anglici.

Die Engliſche Luchs-Stein.

GENUS I. Belemnitæ Anglici cylindroidæi tantillùm diaphani.